



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

I Quid sit sufficiens [et] debita forma consecrat[i]onis panis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34702**

# Capitulum

liij **Quid** si sacerdos post sumptionem sacramenti vigeatur spiritu vel tussi &c.

**Solo.** Ante sumptionem ablutōnis nullo modo expuerit i est vel extussit aut excreandū. ne sic spēs sacramētales & p̄sequēs sacramētū eiciat. s; sputū vel qđ viger ad tussim aut ad excreationē retineat vel trāsglutiā. Si autē ex nimia violentia hoc fieri nō possit expuat vel extussit in aliqđ vas aptū. vel in calicem si aliud haberi nō possit. vel in pāniculū mundū. & postea materia illa si nō appareat aliqđ sacramētales spēs in ea pburat et cineres in sacrario reponant. Verūtamē si sacerdos an̄ inceptōne misse p̄sentiat se aliqua tali passione violēter molestari. tutius ē vr̄a celebratōe abstinere. Si vero post sumptōem debite ablutōis quia & os & labia sint sufficēter absoluta vigeat aliqđ p̄dicto & q̄uis nō sit amplius periculū. tñ p̄pter maiore reuerentiā sacramenti bonū est vt abstinere q̄tum p̄t quousq; aliū potum vel cibū sumpserit. Si tamen nimis vigeat eiciat h̄mōi sup fluitates ad aliquē locum vbi nō p̄culceretur pedib; vel habeat secum pāniculum in quem mittat.

**Dubiū**

v **Quid** agendū sit si post sumptionem sanguinis patiat̄ sacerdos vomitū vel ex infirmitate emittat p̄ secessum qđ sumpsit. **Solo.** Sufficēter hoc p̄t ex dietis. Si em̄ ibi nō possent deprehēdē spēs sacramētales panis. ex quo spēs vini tā p̄mixte sunt alijs humorib; vt nō possint discerni. q; fortassis corrupte sunt. inuoluenda est illa materia in stupa vel panno & cōburat. & cineres reseruandū sunt vt supra dictum est

vi **Quid** agendū sit si sacerdos post sumptōem sanguinis deprehendat venenū vel aliqđ aial venenosum fuisse in calice. & illud se sumpsisse sciat. an liceat eum vomitū procurare.

**Solo.** Si per vomitum speret se liberare. & p̄sertim si medicus p̄sulat tūc licet ei euomere. Hoc tñ caute fieri debet in aliqđ vas mundū. & si aliq; spēs sacramētales ibi appareat recolligantur et in sacrario reseruetur. reliqua vero materia comburat & cineres similiter in sacrario reseruentur

**¶ Capitulū octauū de dubijs q̄ circa debitā formā consecrationis istius sacramenti occurrūt duos habet articulos.**

**Arti. i.**

**¶ Resoluit.** xvi. dubia circa formam p̄secrationis panis occurrentia

**I** **Quæ** sit sufficiens & debita forma p̄secrationis panis

**Solo.** Forma est ista. Hoc est em̄ corpus meum

**ij** **Utrum** hec coniunctio (enim) sit de substantia forme & de necessitate etiam proferenda.

**Solo.** Nō ē de suba forme neq; de necessitate p̄secratiois sacramenti. nō tñ debet scienter omitti. alioqñ sacerdos grauiter peccaret.

**iii** **Utrum** sacerdos si omissis omnibus alijs q̄ in missa dici solent diceret solū p̄dicta verba sup panē aptum p̄secraret.